



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Vsura II. quoad venditionem. I. emptionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

malam. quod alio exemplo declaratur. qui petit ab infideli, vt sibi promissa iuramento firmer, non peccat, licet sciat illum iuratum fore per suos falsos Deos. qui autem peteret ab eo, vt iuraret per falsos Deos, peccaret quidem. num. 31. lit. F. & in Nou. num. 39.

**F** Vnde peccat mort. capiēs sub vsuris merces ad res vanas, graue æs alienum contrahendo, vxorem, & liberos notabiliter damnificādo. Idem de capiente ad interesse, & emente habita fide de pretio merces, quas vendit præfenti pecunia. capit. 17. numer. 263.

---

*VSVRA II. QVOAD  
venditionem, vel emptionem.*

**A** **Q** Vi vinum, triticum, vel oleum alicuius prædij ante mensem, vel vindemiam minoris emit ob anticipationem solutionis, quam valebunt collecta, tenetur restituere. cap. 17. num. 22.

Idem de emente aliquid minoris iusto pretio ob anticipatam solutionem, vel carius vendente ob dilatam: quamuis postea augeatur pretium rei venditæ. num. 228.

Pet

Per iustum autem pretium intelligitur infimum, medium, vel supremum. num. 227. & 228.

Qui vendit aliquid vno mense pretio **B** maiore, quo valiturum est in alio, ad quem vsque non erat seruaturus, peccat cum obligatione restitutionis. Si tamen esset seruaturus, licitum erit tribus concurrentibus.

I. Ne accipiat pretium summum, sed **A** medium. II. Ut de pretio deducat tantum, quantum seruando diminuendum esset.

III. Ut deducat impensas in seruando faciendas. num. 239. §. 95. Nou. §. 104.

Vsura est vendere rem dilata solutione in **C** aliud tempus, maximo pretio, quod valebit vsque ad illud: secus si vendat cum pacto, vt sibi soluatur pretium medium minimi, & maximi, quod ab emptionis tempore vsque ad tempus in quod seruaturus erat, valeret, siue pretium cresceret, siue decresceret. num. 243. §. 96.

Vsura est vendere aliquid indigenti **D** pecunia, cum pacto, vt statim sibi reuendat minoris iusto pretio: secus si simpliciter vendit iusto pretio, quamuis summo, & deinde quia emptor vult reuendere, & non inuenit emptorem, idem venditor iterum emit iusto pretio quamuis infimo. §. 97. Pactum de retrouendendo simulate factum **Fff** animo

animo magis mutuandi quam emendi, usurarium est. num. 247.

---

V S V R A III.

*Quoad mutuum.*

**A** Mutuum verum solum reperitur in rebus, quæ usu consumuntur, & consistunt in numero, pondere, & mensura: Palliatum verò in aliis etiam rebus & contractibus. cap. 17. num. 206.

Intentio principalis lucrandi ex mutuo sufficit ad constituendam usuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, non tamen intentio minus principalis. num. 209. Unde peccat, qui mutuat ob lucrum conventum expressè, vel tacite, aut principaliter speratum. num. 214.

**B** Non est usura sperare secundario vel principaliter lucrum amicitia, & gratitudinis ex mutuo. num. 209.

Qui postquam mutuavit principaliter propter lucrum mutat intentionem in intentionem minus principalem, si gratis datum accipiat, non est usura. ibidem.

**C** Non sunt usurarii omnes qui mutuant cum spe lucri, sine qua non mutuarent. ibid. Qui bona fide accipit aliquid à mutuario,